

21

Guilielmi Primi,  
Arausionensium Principis,  
Oratio  
ad  
Germaniae Principes.

Majores nostri, Illustrissimi Principes,  
(summam enim nobilitatem existimo origi-  
nem ducere ex sanguine Germanico) sae-  
pe numero quo succurrerent iis, qui inju-  
ria essent affecti, corpus suum ac vitam  
discrimini exposuerunt: nulli unquam  
mercede intenti, nisi conscientiae ac fidei  
Laudi. Nullus ergo metus repulsae me  
tenet, etsi Principes ad defendendum prin-  
cipatus honorem, qui in me contumelio-  
se habitus est, tantum advocarentur, ac  
non simul ad multas gentes, quae in nul-  
li unquam audita feritate, ut vivae  
et videntes, oppressae jacent. <sup>in libertatem</sup> Sed majora <sup>vindicantur</sup>  
agitantur, et ejus quidem generis, ut  
mihi non utiliora dicta, quam vobis  
audita sint. An domus Burgundiae  
meis majoribus, an mihi aliquid acce-  
ptum Debeat referre, vestrum erit ar-  
bitrium: ino invitus, neque gloriae

adfectandae causa id tango, sed ut ius vestrae  
misericordiae erga me firmem. Neque non  
jam ante aliquod tempus agnita sunt nos-  
tra officia. Carolus Caesar gloriosissimae  
memoriae me in cubiculo suo eduxit, eoque  
me honore dignum habuit, qui nec a filio  
ejus Philippo, dum apud nos fuit, aliqua  
parte est immutatus. Princeps et popu-  
lus Belgicus olim amoris vinculis junge-  
bantur, neque aliud inter eos certamen fu-  
it, nisi ut ille suos amore, hi ipsorum  
obsequio obstringerent. Sed ex quo ille in  
Hispaniam abiit, me miserum ut totus  
immutatus est, ut non dicatis eundem esse!  
Perit mihi omnis labor, omnis summus  
pericula, quae exantlavi, sudor et propin-  
quorum sanguis, illi penitus exciderunt.  
Omne obsequium, omnis benevolentia, et  
immensa illa pecuniae summa, quam  
plebs prona et benevola, summi ipsius  
genium defraudans, sibi subduxit, quam  
bella externa devorarent, oblivioni et ventis  
sunt tradita. Quod acerbum licet et de-  
plorandum ferri tamen aliquatenus pos-  
set. Sed aliquem e regione ejicere, cupis



terminos protulerat; eius vitae immine-  
 re, quam pro eo paratus erat prodigere,  
 intollerabili iugo ei cervicem contundere, aut  
 potius frangere, quae semper aequae lenis et  
 flexilis, id onus in se recipiebat, quod prin-  
 cipi nimis ponderosum erat, id certe signum  
 est animi ades vitii impliciti, ut videa-  
 tur decrevisse profligare virtutem quae  
 flagitia pati non iam patientia, sed de-  
 fectus animi foret, qui et ipsi, qui iam  
 dominum agit, fastidium crederet. Quod  
 si Albanus et Vargas (nemini mirum  
 videatur hosce duos, animo et consilio  
 pares, uno eodemque spiritu proferris/  
 quod si Vargas, inquam, et Albanus, no-  
 strae ipsi principes regionis essent, mi-  
 nore certe avaritia et protervia sae-  
 virent. Nunc nos habent pro servis,  
 ac depoliant ac si mutuo nos acce-  
 pissent. Fortune, honor, filius, omnia  
 mihi erepta sunt. Nec per Hispanum  
 stat, quin comitatu Navariae, quae  
 ex parte per haereditatem mihi obtigit,  
 exutus sine aula, sine domo, sine ullo  
 alicujus subsidio, cum anxietate ani-

mi mei, cum onere externorum, patria ca-  
rens, hic illic vagabundus oberrem. Et vos,  
o Flandria et Brabantia, o Ordo Equestris;  
vosque Hollandiae, Zelandiae, et Ultrajecti,  
totque aliarum regionum cives, quam in-  
digne e gremio Fortunae et omnium rerum  
copiae exacti, et carnificibus et in-  
manibus bestis lacerandi traditi! Vos quo-  
que Egmondane et Hornane, Acip. Columina,  
quam prave vestra fiducia diffidentia, ves-  
tra fides perfidia compensatur! Et si  
vos omnes bene novi, aliquod in vestro  
occasu esset solatium, si jactura vestrae  
salutis et pecuniae, furentem Hispanicae  
ambitionis famem satiare possetis, et  
tam caro pignore servitutem vicinorum  
vestrorum, in primis Germanorum, eius-  
dem linguae, eiusdem stirpis hominum,  
redimere. Sed tam immanis voracitas,  
et libido omnia devorandi, quae latius  
habet quam Sicilia a Goa, quam Goa  
distat a Mexico, quae divulgant Ita-  
liam dentibus vadit, etiamnum obse-  
sis a carnibus insontium Indorum,  
tam parva offa, quam Belgium est,



hand erit contenta; sed totum orbem Christi-  
 anum, nisi Deus id avertat, imo universum mun-  
 dum decorabit, et ulteriora requiret. Vos illustri-  
 simi Principes (praecipue si Gallis domi suae  
 sat negotii facescitur) primi omnium petemini,  
 quam aggressiorem si sustinere non poteritis,  
 de reliquis omnibus actum erit. Et putatis  
 hunc stimulum futurum vis idoneum ad haec  
 superanda? Sed, rogabitis, quod jus habent in  
 imperium? nullum certe nisi ferrum quo cin-  
 guntur. nullum aliud novit Hispanus. Quo co-  
 lore? Dicam quod scio ex ore Regis Henrici,  
 eius nominis secundi, qui nec opinanti, nec  
 que consciunt huius arcani existimanti, sibi  
 elabi passus est. Religio (proh dolor) om-  
 nis turpitudinis facta praetextum, tam ex-  
 secundum flagitium specie coelestis studii  
 regit. Defectio a sacris Romanensium, et  
 libertas conscientiae, qua nihil aegrius po-  
 test cogi, hodie crimina sunt, quibus prin-  
 cipes regionibus et subiectis, cives cor-  
 pore et bonis privantur. Neque tantum  
 requiritur. Sufficit, si non se detrahas  
 obsequio; quod Papa Romanus exigit,  
 quibuscumque negamentis, ac variis  
 vulgi rumoribus assensum negare, et

misereri eorum, quos haec tyrannus injusto odio  
persequitur. Quae enim culpa, si ab hac una  
discederis, in Nobiles conferri potest. Equis  
ibi aliquis, ut P. Jarrus in Peruvia, impe-  
tum fecit in solium Regium? An vero  
puniendo statuarum evensoribus tantas poe-  
nas meriti sunt? Non id intendit, Gene-  
rosissimi Domini, sed deprecatio supplicio-  
rum et spoliationum miserimos homines  
onarentium, peccatum est, cui ignosci non  
potest ab eo, cui clementia pro horrendo  
facinore. Et quid ego peccavi, nisi quod  
abhorui ab ista crudelitate, et ab isto, quod  
inde nobis imminerat malo, ut clientis et  
consiliarii fuit, ut caverent omnes monui?  
Et certe si Scenae servire voluissem, Gran-  
vellani assentator fieri, et commadiis meis  
prospicere potuissem. Sed male fit illi  
principi, qui, ut vaser aulicus, susti-  
net contra sensu animi loqui, et pe-  
riturae max gloriae causa, suum hono-  
rem et Reip. salutem adulando proderet.  
Non si verit Deus ut unquam tam tur-  
piter a Germanica stirpe degenerem: Sed  
si id factum est in initio, quid fiet in  
posterum? Ita tractamus Belgae, qui



24  
mutuo cum Hispanis foedere obstricti, sub-  
jecti auius domini, ei pro clypeo et hasta fuerunt,  
domumque eius praeda, et hostium vexillis locu-  
pletarunt. Nolite jam putare cum vos, quos  
per ignominiam peregrinos vocat, humanius  
habiturum. Max, max (credite Principes) in-  
cursum equitum et peditum in visceribus sacri  
imperii habebitis, et, velut in Belgio, agros  
vestros in theatra suppliciorum, urbes in  
coemeteria, arces in busta permutatas vi-  
debitis: nisi vigiletis et vobis consulatis.  
Si Carolus imperator, cum jam se rerum  
notitum arbitraretur, jamque libertatem  
vestram strangulasse, longissime a scopis  
remotum se sensit, Albanum certe subi-  
getis. Hispani eius milites latet, si  
urbium, quas occuparunt, praesidia  
fueri possunt. Italos habet paucos. Ger-  
manis simulac signa vestra conspexerint  
arma de manibus cadent. Et contrario si  
dum et fortem exercitum habebimus. Fi-  
nitimae gentes imminenti occasione, ut  
concurso suo vestrum impetum firment.  
Ici decerunt nobis amici ex Gallia. Anglia  
et Scotia multa millia militum suppe-  
ditabunt. Vestra tamen erit gloria, quae

semper iis tribuitur, quorum auctoritate et potentia  
magna consilia struuntur. Sed festinatione propositus o-  
pus est. Illa mater victoriae. Non ferendum quae de  
decus subibit Germania, si, quum in orbe Christiano  
primum teneat locum, quum a ferrea illa Romanorum  
dominatione maneret intacta, peregrinae audaciae mi-  
nas ante portas suas sibi intentari pateretur: probum  
quoque nimis execrandum, gemitus vicinarum, et  
propin quarum gentium audire ad caelum euntes, ne-  
que vel pedem movere ad miseris succurrendum.  
Quid moramur, donec fortissimi a medio sublatis  
sunt, quae nos laeti et gaudio perfunsi excipient,  
et veterem suam virtutem in memoriam revo-  
cabunt, ubi sentient brevi fore ut liberentur.  
Agite, Tyrannum suis laqueis, catenis, et vi-  
culis implicitum, nihilque nisi patibula, pi-  
pites, theatraque miseris ad supplicia erigenda  
meditantem, et immersum execrandis immode-  
ratarum voluptatum deliciis, unanimes obru-  
amus. Necessitas nos impellit, occasio alli-  
cit, honor jubet, jus et aequum vocant, a  
quibus Deus nunquam voluit separari.  
Celere consilium optimum. Mihi jam me-  
um instructum est in corde, et firmiter stat  
famam, opes, sanguinem mihi restitutum  
videre, aut vitam periculo objicere, ad  
capeendam majorum meorum, Germanici-  
que nominis dignitatem.

Dixi.